

Richard.

piellus, durus scilicet & amarus, at iustis est palma, dulcis nempe, & suavis. Richardus de S. Laurentio de laudibus B. Mariæ lib. 12. sic ait. *Cypressus durum habet fructum, Christum scilicet, qui durus est in Sacramento indignè accedentibus.*

QUÆSTIO IV.

Ponitur sententia astruens, quod Virgo Maria sit hic liber signatus sigillis septem.

27. Richard.

Hic liber Maria Virgo.

Hunc librum sacratissimam Virgine Mariam interpretatur Richardus de S. Laurentio lib. 12. de laudibus Mariæ, & sic ait: *Maria est liber quem vidit Joannes Apocalyp. 5. in dextera sedentis in throno signatum sigillis septem. Et nota, quod Joannes sibi multum, quia nullus inuentus est solvere signacula libri nisi solus Agnus: quia nemo novit Matrem nisi filius, & cui voluerit filius revelare, sicut Christus dicit de Patre Matth. 11. n. 27. Præclarè citatus Doctor per hunc librum sacram Virgine Mariam interpretatur, quæ semper in dextera Dei fuit, quia in ea nihil sinistrum, ac levum defectus, & culpæ apparuit.*

28.

Et ait Joannes: Vidit librum scriptum intus & foris. Liber Maria est scriptus intus omni amplitudine gratiarum, super omnes puras creaturas, & foris verò digito Dei verbi scriptus est liber, ut esset Mater, & Virgo intemerata. vel intus Dei visione, qua Maria adhuc in hac vita aliquando fruebatur, foris verò singulari protectione, ac adjuvamine erga suos devotos. Signatus est liber sigillis septem, donis scilicet septem Spiritus sancti, quibus hæc Dei domus suffulta extitit.

29.

Solus Christus sua Mariæ cognoscit excellentias.

Matth. 11.

*Et ait Joannes, & nemo poterat neque in celo, neque in terra, neque subius terram aperire librum nec videre eum. Nullus invenitur nec in celo, nec in terra, qui hunc librum Mariam valeat referare; tanta est ejus dignitas, quod mater sit unigeniti filii Dei, tot ac tanta sunt illius dona super omnes puras creaturas collectivè, ut nullus intellectus hoc valeat cognoscere, penetrare ac investigare, nisi solus filius eius Jesus Christus, & cui voluerit ipse revelare: quod præclarè explicat citatus Richardus. *Nemo novit Matrem, nisi filius, & cui voluerit filius revelare: sicut Christus dicit de Patre Matth. 11. num. 27. Neque Patrem quis novit nisi filius, & cui voluerit filius revelare.* Multam difficultatem videntur hæc verba involvere; quod nemo agnoscat Patrem nisi solus filius, & cui voluerit filius revelare, hoc maxime commendat incomprehensibilem Dei naturam, qui habitat lucem inaccessibilem; ac quod sic Mariæ dignitas, & excellentia lateat, ut nullus valeat eam agnoscere, nisi solus filius, & cui voluerit ipse revelare, valde difficile videtur assertum Richardi.*

Maria abyssus gratia à solo filio suo potest cognosci.

Secundo optimo sanè jure, tanta est enim Mariæ dignitas ac sublimitas, ut quodammodo ineffabilis videatur; quia si Deus Pater omnium cognitionem transcendit, quia abyssus est totius perfectionis, & lucem habitat inaccessibilem, & in-

de à nemine cognosci valet nisi à solo filio, & cui voluerit filius revelare: sic & quomodo Maria, quæ gratia abyssus à D. Damasceno prædicatur orat. 2. de Dorm. Vir. quæ habitat in quadam dignitate inaccessibili merito de condigno puræ creaturæ, si aliquo modo incomprehensibilis videatur, ut librum excellentiarum ejus nullus valeat aperire, nisi solus Agnus, & cui voluerit ipse manifestare.

30.

Luc. 1.

Ab Spiritu sancti afflatus in veni laudes Maria intonare.

*Venit Virgo Maria in montana Judææ, visitat, ac salutat consanguineam suam Elizabetham, quæ, ut testatur D. Lucas 1. num. 41. 42. repleta est Spiritu sancto Elizabeth, & exclamavit voce magna, & dicit: *Benedicta tu inter mulieres, & benedictus fructus ventris tui.* Ex laudatione Mariæ puer Joannes in utero matris repletus est Spiritu sancto, repletaque etiam est mater illius donis, & inde in laudes Mariæ prorumpit, *Benedicta tu inter mulieres;* & illud maxime ponderatione dignum, quod antequam Evangelista referat laudes Mariæ, qua Elizabeth eructavit, prius de ea testatur, quod de Spiritu sancto esset ditata; *Repleta est Spiritu sancto Elizabeth, & exclamavit voce magna; benedicta tu.* Et cur Spiritus sancti præsentia declaratur, ad hoc ut Elizabeth Mariæ laudes exclamaret: Adeo sublime est Mariæ laudes intonare, ut hoc non ex humano ingenio, sed ex Spiritu sancti afflatu proveniat, & ideo Spiritus sancti præsentia declaratur, antequam Elizabeth os in elogium Mariæ aperiret.*

31.

Luc. 10.

Divinus Spiritus ad laudes Mariæ illustrat.

*De sancto Simeone ait S. Lucas Evang. 1. n. 25. *Homo erat in Jerusalem, cui nomen Simeon, & homo iste iustus, & timoratus, expectans consolationem Israel, & Spiritus sanctus erat in eo.* Et cum Christum Dominum inducerent parentes ejus in templum, ipsum ejusque sanctissimam Matrem agnovit, Christi magnalia publicavit. *Lumen ad revelationem gentium, & gloriam plebis tuæ Israel.* Sic etiam & Virginis Mariæ magnalia evulgavit: *Et tuam ipsius animam pervasibit gladius.* Ibid. n. 25. id est, ut ex Hugone, ac Magistro Historiæ Evangelicæ retulit tom. 1. in Evang. lib. 2. cap. 6. quæst. 10. n. 41. gladius passionis, ac mortis filii tui pertrahsit animam tuam, quæ est etiam ipsius Christi Domini ob intimam dilectionem, quam erga te habet: sed cur tam solerter faceret Evangelista advertit, quod Spiritus sanctus erat in eo, scilicet Simeone, antequam referat quod ipse Christus ejusque Matrem agnovit, quodque Christi ejusque Mariæ encensia intonaverit; quia laudes Christi ac Mariæ decantare, non hoc humanum ingenium allegerit; sed ab alto lumine Spiritus sancti descendit.*

32.

Luc. 11.

Solus Christus, intelligit & explicare valet Virginis encomia.

*Post sanatum surdum & mutum exclamans Marcella, ut refert D. Lucas 11. num. 27. *Dixit illi, beatus venter qui te portavit, &c.* Aderant in præsentiarum Apostoli, multi Domini discipuli, multique pii fideles, ac etiam turbæ Judæorum, mulier tamen cum solo Christo loquitur: *Dixit illi.* Cur non loquitur cum Apostolis, discipulis, ac piis hominibus, ac etiam turbis? Virginis Mariæ laudes proclamandæ erant à muliere; & ideo non dirigit verba nec ad Apostolos, nec discipulos, nec turbas, sed tantum ad Christum Dominum. Mulier interius illuminata divino spiritu agnoscebat tam sublimem, & excelsum esse Mariam Virginem, quæ illius encomia solus unigenitus Dei filius valet intelligere,*

intelligere & capere, & ideo tantum cum Christo habet verba. Vide tom. 3. in Evang. cap. 23. q. 11. n. 76. 77. 78. 79.

QUÆSTIO V.

Circa hunc librum ponuntur aliæ variae sententiæ, & tandem vera constituitur.

33.

Septem mala, quæ incurrimus per peccatum Adæ.

34. Occum. Lytan. Aureolus. Prado.

Septem Ecclesiæ calamitates.

35. And. eas.

Aureolus.

Retuli jam superioribus quæstionibus quatuor sententias circa hunc librum, quæ non sunt secundum litteram, sed per accommodationem, & quoad sensum morale. Quinto loco aliqui existimant hunc librum esse chirographum peccati Adæ, id est obligationem, & reatum peccati, quo Adam se, & nos Deo vindicti obnoxii; septem verò sigilla esse septem gravissima mala, quæ causâ illius peccati incurrimus, quæ sunt offensa Dei, pœna damni, pœna ignis gehennæ, necessitas moriendi, jugum Diaboli avertio à Deo, & conversio ad creaturas, & tandem septimò concupiscentia. Hæc omnia solus Christus potuit solvere. Hæc licet mysticè, non tamen secundum litteram dicta sunt, hæc enim non solus Christus, sed etiam omnes peccatores vident, & experiuntur.

Sexto, O cumenius, Lytan, & Aureolus existimant hunc librum esse præsentiam, providentiæ, & prædestinationis Dei, quæ nobis clausa est; nisi à Dei dextera nobis reveletur, vel executioni manderet Septem autem sigilla, ait Prado Ezech. 2. n. 10. pertinere ad septem maximas Ecclesiæ calamitates. In prima, ait, effuget Dei potentia; in secunda, ejusdem indignatio; in tertia, iustitia seculum index, in quinta mors, quæ pallidos facit vultus; in quinta vindicta sanguinis innoxii in sexta universi consummatio; in septima malorum omnium cataclysmus. Sed hæc nimis generalia sunt, & rem satis non explicant.

Septimò, & valde affine ad superiorem sententiam A dræas Casariensis existimat hunc librum esse Dei decretum, & memoriam, in quo omnes homines descripti sunt, cum suis factis ac operibus, ac etiam Dei judicia de ipsi hominibus: idem putat Aureolus & ait, *Liber hic est divina sapientia æternam.* Et liber scriptus est intus & foris, quia scientia Dei non potest crescere, sed hæc sententia sicut & superior non satis explicat, tamen maxime inservit ad sensum morale quia cum Deo assistunt viginti quatuor seniores sedentes super viginti quatuor thronos, *sedentes & circumstantes vestimentis albis, & in capibus eorum coronæ aureæ,* ut supra dictum est cap. 4. n. 4. tunc in manu Dei apparet liber in quo hominum opera, & facta descripta habentur: Ut fiat manifestum quod senes ad tantum fastidium sublimati sunt, non ex aliquo affectu, sed ex recto iudicio illorum discutiente facta & merita, quæ in illo libro videbantur, ac legebantur.

Octavo, D. Ambrosius hunc librum dicit esse chronologiam mundi, & septem sigilla esse septem mundi ætates; sed hoc dato Apocalypsis historia est, non prophetia: nam multæ mundi ætates tempore Joannis jam evolutæ, & præ-

Sylveira in Apoca ypsim. Tom. 1.

teritæ erant, & unde esset tanta difficultas librum chronologiæ videndi, vel etiam aperirendi?

Nono, D. Bernardus hunc librum interpretatur suum Seraphicum Patriarcham Franciscum, qui apparet in dextera Dei, ut potè singulariter dilectus, ac electus ab ipso; *Signatus est intus & foris,* intus spiritualiter per incendium amoris, foris verò corporaliter per stigmata passionis. *Signatus sigillis septem,* septem nempe mysteriis, ac oraculis passionis ac crucis: quæ latè ipse explicat, seu ut potius dicam septem donis Spiritus sancti, quibus maxime ejus sanctissima anima repleta erat. *Et nemo poterat neque in celo, neque in terra, neque subius terram aperire librum* Sed hoc præstat Agnus innocens, scilicet Christus Dominus, quia præclaras Francisci virtutes nec homo in terra, nec Angelus vel Archangelus in celo valet percipere ac intelligere, sed solus unigenitus filius Dei hoc penetrat, & comprehendit.

Decimo, Alcazar contendit hunc librum esse reprobationem synagogæ, quæ annuntiata est, tamen prius in priori parte, ni mirum in quatuor primis sigillis Dei fortitudine, beneficentia, æquitate, & sapientia in Judæorum credentium prædestinationum salute: Reprobationem verò vult in tribus ultimis contineri, & in eis ostendi maximam Dei potentiam, horribilem comminationem, & demum supplicium valde rigidum in reprobatorum Judæorum repulsa, & damnatione.

Contra hanc sententiam multa militat, quis in hoc libro continentur ea, quæ futura sunt. Sic dicitur Joan. cap. 4. n. 1. *Oste dam tibi quæ oportet fieri post hæc.* At juxta hanc sententiam nihil futurorum in hoc libro continetur, quia reprobatio synagogæ jam erat facta, cum hæc vidit Joannes, in omnibus manifesta erat, & dicta expressè ab Apostolis Act. 13. n. 46. *Eccc convenimus ad gentes. sic enim nobis præcepit Dominus.* De quo frequenter Paulus facit mentionem in suis Epistolis, & Apocalypsis revelata est Joanni everis Judæis, ac Jerosolymam jam excidit. Deinde quia dicitur, quod nemo inveniebatur qui posset aperire librum ac respicere illum: At reprobationem synagogæ prævidit Moyses in Cantico, *Audite caeli.* Et etiam Isaias, Jeremias, ac alii Prophetæ; & scire hoc non est quid dignius Evangelii cognitione, de quo tale non dicitur.

Vera sententia.

Undecimò vera ac communis sententia quam tradunt Pannonius, Prado, R beira, Pererius, Viegas, Cornelius, Menochius Ferrarius, quod hic liber sit ipsemet Apocalypsis, Apocalypsicæque mysteria, & oracula in Dei præsentia providentiæ ac prædestinatione, seu præsentione omnium rerum, agitur que in hoc libro de multis calamitatibus eventuris in oibe, ac de regno Antichristi, de ejus persecutione, de Eliæ, Enoch ac fidelium constantia, tandem de iudicio finali ac felici statu Beatorum.

Libri ergo istius, tota materia est Apocalypsis, non quoad illam partem, quæ præcessit, & continet septem Epistolas, sed quoad illam partem, quæ deinceps sequitur usque ad finem. Et in hac consideratione,

F f 3

Torus

37. D. Bernard.

Liber signatus s. Franciscus.

38. Alcazar.

39. Joan. 4.

Impugnatur prædicta sententia.

40. Pannon. Prado. R beira. Viegas. Cornel. Menoch. Ferrar.

Totus liber Apocalypseos continet duas partes: In prima scilicet ab hoc capite usque ad 10. proponuntur septem sigilla hujus libri, & ad uniuscujusque apertionem. nova proponitur ac declaratur calamitas orbis. Sex prima sigilla referuntur cap. sequenti 6. At cap. 7. proponitur quædam appendix ad sigilla. quæ a nempe in tot ac tantis adversitatibus justis sunt secuti, utpote signati à Deo, de cujus manu nempe eos rapiat: cap. 8. proponitur septimum sigillum usque ad cap. 10. inclusivè. Et bene notat R. beira, quod mysteria latentia sub unoquoque sigillo, ut sub primo equum album sub secundo equum rufum. Joannes non legit in libro, sed postquam unumquodque sigillum ab Agno apertum est illud Joannes vidit, & agnovit; at antequam quodlibet sigillum esset apertum, & tales calamitates advenirent, nullus erat qui talia posset, videre ac cognoscere.

Pro majori explicatione hujus rei notandum quid sit sigillum. Cornelius existimat Joanni refferentatum fuisse hunc librum ut involutam membranam septem funiculis colligatam, quorum unumquodque unam haberet sigillum, quod erat referendum; sed hoc est valde materiale, sicut illud G. ossæ: Scriptura sigillatur, ut magis authentica reddatur. Sigillum ergo in præfenti est quoddam Sacramentum sub gravi diffiultate involutum, & rectam, quod statim ut est referatum nova lux, & ratio habetur ad illud intelligendum.

Secunda pars Apocalypsis est à cap. 1. usque ad finem, in qua continetur materia scripta in hoc libro sigillato, scilicet regnum Antichristi, illius persecutio, robur ac fortitudo Eliæ, ac cæterorum justorum, judicium finale, ac gloria Beatorum. Nova ac crudelis tyrannis, ac persecutio Antichristi quæ in libro conscripta erat, non potuit in eo legi ac videri, nisi prius essent aperta sigilla, ac propostæ calamitates sub eis contentæ, quia ex Dei ordinatione tales calamitates fuerunt præviæ tanquam viam parantes ad illam magnam, & supremam calamitatem Antichristi. A proinde postquam Joannes explicavit septem sigilla ac calamitates sub eis contentas, dicitur ei cap. 10. n. 1. Oportet te iterum prophetare de his. Quia nimirum mysteria contenta in libro de persecutione Antichristi, fortitudine Eliæ, & Henoch à cap. 11. & deinceps usque in finem, debet prophetizare, confiteri ac narrare.

Tanquam hic liber dicitur scriptus intus & foris, quod sic explicat Cornelius eo quod hic liber esset ad modum antiquarum membranarum, quæ involuebantur in volumen; & dicebatur liber scriptus intus & foris, cum ab utraque parte membranæ essent scriptæ, in interiori scilicet, & in exteriori. Sed hoc est valde materiale, sicut etiam illud, quod ait Alcazar librum esse scriptum intus & foris, eo quod pars exterior, interiori quasi ex æquo responderet, ut in libris computorum [qui olim erant membranæ integræ ubi in folio uno scribebant rationem dari, in adverso verò accepti, totum hoc est valde materiale, & materiam libri confundit cum sigillis.

Dicimus ergo librum esse scriptum intus & foris, in eo enim scripta erant, quæ spectabant ad electos; & hæc est scriptio interior, & quæ spectant ad reprobos, est scriptio exterior. Secundo, in hoc libro scriptæ sunt pugna, & ærumna prædestinatorum, & hoc est exterius, sunt etiam in hoc scriptæ respondentes pugnis, & laboribus coronæ eorum, & etiam gloria sanctorum, & hoc est interius. Et sic liber potest dici dati & accepti, dato enim respondet acceptum, nimirum merito præmium.

QUÆSTIO VI.

An hic liber sit idem ac ille, quem vidit Ezechiel cap. 2.

Hic noster liber alludit ad illum, quem vidit Ezechiel. 2. nu. 9. Et vidi ecce manus missa ad me, in qua erat involutus liber, at expandit illum coram me: qui erat scriptus intus & foris, & scripta erant in eo lamentationes & carmen & va. Ex H. braze legitur: Lamentationes & carmen & va. Cur ergo ex tribus scriptis, omnia ad lucum pertinent, vel saltem duo, & unicam ad lætiam, scilicet carmen? ut manifestam sit omnibus, quod in hoc sæculo plus impendendum lacrymis & gemitibus, quam gaudii & lætitiæ, ita ut uni gaudii duplex tristitia correspondeat. D. Ambros. lib. 2. de Pœnit. cap. 2. Cur, ait, erubescis tu flere, cum Deus etiam Prohetas jussit flere? Populo? Demque Ezechiel jussus est flere Hierusalem, & accepit librum, in cujus capite scripta erant lamentatio, melos, & va, duo tristitia, & unum delectatio, quoniam ille saluus erit in futuro, qui in hoc seculo plus fleverit.

Secundò liber ille Ezechielis idem est ac noster liber, in illo Ezechielis scriptæ erant lamentationes, carmen, & va. Et tamen dictum est Prophetæ cap. 3. n. 1. Et tuisi hominis comens volumen istud. Tali enim alimento laborum ac lamentationum Deus suos justos alit, & sustentat. Maxime è ponderandum, quod tria dicuntur Prophetæ: Primum lamentationes, Secundo carmen quod est quidam laus, & præjucundum. Tertio va, dicitur qui triste, & penarum comulum. Et hoc rectè explicat Cardinalis Hugo in cap. 16. Joan. per lamentationes enim interpretatur terrores, ac metus penarum inferni, quos Deus immittit hominibus, ut eos ad meliorem frugem traducat at ipsi que runt carmina suavia, ac delectabilia, sed tunc Deus per supplicium gehennæ illis infligit interdictionem dolentium scilicet, qui ergo memoriam suppliciorum inferni abjicit, & ad voluptates, ac delectationes intendit animam, dignus profecto est damnatione æterna, & ita post lamentationes, & carmen additur va. Sic ait prædictus Cardinalis: Hoc est quod dicitur Ezechiel. 2. quod in libro erant lamentationes, carmen, & va, Dominus enim lamentationem proponit, & nos sequimur carmina & mundi gaudia, & ideo concludit va æternum.

Tertio hic liber idem est ac ille, quem vidit Ezechiel. 1. ut tenet Vilalp. & factum sit allusio ad illum ut tradont Prado in Ezech. & hic R. beira, Alcazar, Cornelius, & a. In libro Ezechielis invenitur scriptæ lamentationes, & carmen: sacra Scriptura his duobus absolutus nēpe timore, quem immittit ex metu infernalium suppli-

EXPOSITIO II.

Liber qui Apocalypsim Joanni revelabat, hæc in ejus imaginatione fundebat ac depingebat. Vidi nempe per visionem imaginariam Angelum fortem, validam nempe ac magnæ virtutis: Voce magna prædicantem, seu clamantem; voce magna & alta clamat Angelus, ut vehementius Joannis animum excitaret ac provocaret ad consideranda mysteria manifestanda, & ut ardentius stimularetur ad agnoscenda libri mysteria.

Qui est dignus aperire librum, & solvere signacula ejus? Hic est iseron proteron, prius enim est solvere signacula, quam librum aperire; aptius tamen dices, quod sensus est, quis est dignus aperire librum solvendo signacula ejus? aperire librum signacula clausum non est aliud quam ipsa signacula ejus solvere. Rem moraliter sic explicat Ansbertus. Hic liber Scriptura est de Christo Domino. Rectè ergo prius dixit librum aperiendum quam signacula ejus referenda, quia Christus prius Scripturam de se loquentem, in se complevit & adimplevit, quam suis Discipulis aperiret ac manifestaret.

QUÆSTIO VII.

Quisnam esset iste Angelus?

At noster Evangelista in præfenti; Vidi Angelum fortem. Sine dubio hic Angelus erat unus ex magnis ac primariis Angelis: hoc indicat illud additum fortem, erat magna & præclaræ virtutis, & cum hoc insigniter dicitur de eo magnus & præclarus Angelus erat; & hæc est vera & communis sententia; aliorum placita referamus.

Secundò, Alcazar existimat, quod hic fiat allusio ad Oleeam 4. n. 10 qui ait: Quis sapiens, & intelliget ista? intel. ignis & serot. hæc? quia recte via Domini, & justis ambulabunt in eis, pravariatores autem corruent in eis. Apocalypsis enim continet vias Domini, quas qui sequuntur, beantur; vias impiorum contrarias viis Domini, quas qui sequuntur, damnantur. Et quod O eas Angelus fortis vocetur ait Alcazar coheret cum iis, quo S. Epiph. in ejus vita scribit, ipsum scilicet suorum verborum vi, ingentem quercum in duodecim partes divisisse. At nulla ratio solida assignatur, ut Angelum hunc fortem transmitemus in Oleeam.

Tertio, Diopys. Carthusian. tenet hunc Angelum esse illum, qui hæc mysteria Apocalypseos Joanni revelabat & omnia hæc symbola de throno Dei, de viginti quatuor senioribus, ac quatuor animalibus, ac de libro signato, & Agno occiso ejus imaginationi proponebat; sed contra Angelus Apocalypsim revelans Joanni etiam ei revelavit, quod unus Angelus fortis clamaverit voce magna: ergo hic Angelus distinctus erat ab illo.

Quarto S. Antonius. 1. p. Histor. tit. 6. cap. 1. & Lyranus existimant hunc Angelum fuisse Gabrielem. Nam ut ait D. Hieron. l. 1. in Dan. cap. 5. Hieron.

Toleranda sunt amara, ut dulcia gustus in futuro.

D. Greg.

suppliciorum, & lætitia quam generet ex spe cælestis patriæ. Sed cur lamentationes, & va, & in medio carmen constituitur, cur duo tristitia, & lugubria, cum unum tantum proponatur delectabile? quia multa amara sustinere hic debemus, ut in cæli palatio Deo fruamur. Patronus adest D. Gregor. lib. 27. Moral. cap. 11. Quid in libro hoc, ait, nisi divina e' oquia significatur, que nobis lacrymas, luctum, que precipium; lamentationes in eo scripta referuntur, carmen verò, & va continent, quia sic de spe gaudium prædicant, ut in pr. senti tantum pressuras, atque angustias indicent, carmen, & va continent, quia si illic dulcia appetimus: prius necesse est, ut hic amara toleremus.

10. Plalm. 23. Terrull. Christus prius amara, quam dulcia gustavit.

Verba illa Plalm. 23. num. 8. Elevamini porta aternales, & introibit Rex gloria, rectè expendit Terrullian. lib. de corona militis, cap. 41. ponderans, quod Christus post Resurrectionem comederit favam mellis, Luc. 24. num. 41. sic ait. Favos post sella gustavit, nec prius enim Rex gloria à cælestibus saluatus est, quam Rex Judæorum proscriptus in cruce. Tanquam si dicat: prius à Judæis repudiatur, quam ab Angelis adoretur, prius subit crucis acerbitatem, quam regni obrineat majestatem, prius selet acetum gustavit, quam mellis dulcedine recrearetur.

51. Genes. 3.

Cum Deus adversus serpentem sententiam promulgaverit, ait illi: Terram comedes omnibus diebus vite tue. Genes. 3. num. 14. Cum autem adversum hominem sententiam profert, ait: In laboribus comedes ex ea cunctis diebus vite tue. Ibid. num. 17. Seu ut legit D. Ambrosius citandus pro laboribus tristitia: serpens quidem, & homo dicitur terram seu ex terra manducaturus, sed homo quidem in laboribus, seu in tristitia, non autem serpens. Cur homini labores, seu tristitia imponantur, non autem serpenti? Serpens erat extra viam in statu damnationis omnino exclusus à cælo at homo erat in via ordinatus in cælestem patriam, ad quam aspirabat, ideo illi labores, ac tristitia adiunguntur, ut ex illis scalam ac gradum faceret ad ascendendum in æterna gaudia ac supremam felicitatem. D. Ambros. lib. de Paradiso, cap. 15. Adjectio ista, ait, in laboribus, seu tristitia discretionem facit. Discretio, quam vinum habeat, considerat. Bonum est mihi in tristitia magis terram manducare, quam in delectatione, nam tristitia secundum Deum servat operatur. 2. Corinth. 7. num. 10.

Tristitia ac labores gradum in celum.

D. Ambros.

2. Cor. 7.

Et vidi Angelum fortem voce magna prædicantem, quis est dignus aperire librum, & solvere signacula ejus.

VERSIONES.

- D. Hieron. Vidi Angelum validum.
D. Cyprian. Clamantem voce magna.
Iyrus. Quis dignus solvere sigilla ejus.
Primasius. Septem signacula.

Septem sigilla hujus libri.

43. Corn. Glossa.

Quid sit sigillum.

44. Materia libri intus scripta.

45. Cornel.

Alcazar.

46. Quid sit esse scriptum intus & foris.

47. Ezech. 2.

In hoc sæculo plus dandum lacrymis quam gaudia.

48. Ezech. 3.

Hugo.

Qui omittit memoriam inferni in supplicium æternum cadit.

49. Vilalpand. Prado. R. beira. Alcazar. Corneli.

52.

53.

Ansbertus.

54.

55.

56.

57.